

Bibliothèque numérique

medic@

**Camus, René - candidat / Lebas, Jean
- président. - De tractandis gangrena
et sphacelo uteri**

1758.

***Paris : Typis Viduae Delaguette,
Collegii & Academiae Regiae
Chirurgorum Typographi, viâ
San-Jacobaeâ, sub signo
Olivae***

Cote : ms 2342, n°63



D. O. M.

DE TRACTANDIS GANGRENA

ET


SPHACELO UTERI.

T H E S E S

ANATOMICÆ ET CHIRURGICÆ.



MORBUS obruitur fœmina plurimis, quorum enumeratio longior, curatio difficillima. Hos omnes recensere minimè fert animus. Ab aliorum, ergo, abstinendo Historiâ, Gangrenæ Sphacelique savitiam curationemque tentabimus exponere. Antè quam hoc opus magnæ molis aggrediamur, quædam sunt præmittendæ annotationes Anatomicæ, quibus ducibus ire securiùs licebit.



I.

GENITALES mulierum partes externas & internas norunt
Anatomici. Externas explanare facilius, ut potè extùs obji-
ciuntur, internarum nisi ope scalpelli, indagatio impossi-
bilis.

I I.

MONS Veneris, labia magna, commissuræ ambæ, supe-
rior altera, altera inferior; lacunæ duæ, fossa navicularis,
hymen aut carunculæ mirtiformes, nymphæ, clitoris ipsius-
que præputium, priores constituunt.

I I I.

VAGINA verò, uterus, tubæ Fallopianæ, ovaria, liga-
mentaque quatuor duo teretia quorum, lata duo, internas
complectuntur.

I V.

QUÆQUIDEM omnia, vasa tum fanguifera cum limpha-
rica alluunt, nervi miro plexu corroborant: & hæc ad
quæstionem habendam sufficiant.

EX CHIRURGIA.

I.

MULIEBRE pudendum Gangrenâ Sphaceloque
potest corrumpi. Sæpiùs hoc malum vidimus in ipsum
irruens uterum, quòque corruptas fœminas mors abstulit.
Priùsqvam autem uterus læderetur, loca humidiora pudendi
sicuti obnoxia putredini, partesque externas vitiabat
& torquebat morbus ille, tandemque utero communi-
cabatur.

I I.

HANC labem à plurimis habere òrtum caufis, in dubium non est. Triftitia, mæror, vigiliæ, atra bilis, humor melancholicus illam pepererunt. Aër frigidus, humiditas & liquores quorum illa scatent loca, peffima vivendi ratio, non femel calorem iis nativum extinxere. Maximo etiam in æftu post actus venereos tuberculum obortum ita accreviffe conftat, ut Gangrenâ Sphaceloque vitiatum uterum mirati fint.

Caufæ.

IN REGIS CHIRURGIUM SCHOLIS

ORIENTE malo, calor minimus perfentitur, accedit fenfim fine fenfù febris & horror per omnes artus, fit mutatio coloris in parte afflicta. Primo lividitas, dein nigredo tandem apparent, foetidus odor imo cadaver redolens exhalatur. Pulfatione, fenfùque caret, prostratæ vires, cor anxium, flatus demùm maligni, certò certius putrefactum omnino locum exhibent.

Signa
Diagnostica.

I V.

PERSSIMA gangrena lues periculofum portendit exitum. Tempus urget & oportet ut ei maturè obftet Chirurgus, Periculofa fi partes externas, periculofior fi uterum occupet: Si Sphacelus, certa & inconcufla mors pronunciat.

Prognostica.

V.

AD obtinendam curationem fiftenda eft putredo remediis topicis. Quæ fi arrideant quædam verbis annuntiabimus. Abfinthium, Lupinorum decoctum, unguentumque Ægyptiacum, cum cataplafmate è quatuor Farinis, fœpè huic malo cum fuffeffu opitulata funt. Cardiaca non malè adhibueris partes internas corroborandi gratiâ, fed priùs fieri incifiones oportere ftatuimus. At his admotis remediis fi nedùm minuatur, malum augefcet, quæ corrumpuntur

Curatio.

4

amputanda. Admittimus etiam unctionem meliusque ligaturam sensim sine sensu constringendam, cujus ope uterus ipse tolli potest absque vitæ mulieris periculo.

Wagner
Has Theses, DEO JUVANTE, & Præside M. JOANNE
LEBAS, Artium Liberalium & Chirurgiæ Magistro, tueri
conabitur RENATUS CAMUS, Andegavenfis, in alma
Universitate Parisiensi Liberalium Artium Magister.

P A R I S I I S,

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS.

Die Veneris 23^a. Junii anno salutis 1758, à fefqui secundâ
post meridiem ad septimam.

P R O A C T U P U B L I C O.

E T M A G I S T E R I I L A U R E A.

Typis Viduæ DELAGUETTE, Collegii & Academiæ Regiæ Chirurg.
Typographi, viâ San-Jacobæ, sub signo Olivæ.